



f. 67



H. 67, 38

Wc

537



CARMINA GRATULATORIA,

*Fausti ominus ergò, humilimè
scripta*

ILLUSTRISSIMO AC CEL-
SISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

Dn. JOHANNI
ERNESTO,

Duci Saxoniæ, Landgravio Thuringiæ,
Marchioni Misniæ, Illustris Salanæ
SECUNDUM RECTORI
Magnificentissimo &c.

Februarii die XXI. Anno M. DC. IX.



J E N Æ

Excusa Typis TOBIÆ STEINMANNI.





BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)





*Ula pia vota pio pridem de pectore feci:
 Illa meis precibus nunc repetita, volo.
 Denuo enim noster Princeps accepit ha-
 (benas :*

Hac quibus, electus, rite Lycæa regat.

Tali nominibus multis est dignus honore,

J HANNES ERNESTUS stemmate conspicuus.

Et genus, & proavos, & avos ambosq; Parentes,

Qui volet, egregios hic numerare potest.

Sed, quia Dux noster propria virtute coruscat,

Alterius laudes non, putat, esse suas.

Preditus ingenii vi discendiq; labore,

Exequitur docili pectore jussa Patris.

Biblia sacra legit: multos ediscere Psalmos,

Suescit, ut est verae religionis amans.

Novit in ambabus linguis, quæcunq; Lutheri

Sanctæ Catechismi verba Libellus habet.

Scripturæ succus latet hic, mel dulce, medulla.:

Plus, quam sex Mundi, Bibliæ parva valent.

Ergo, Catechismo quod consonat, omne reservat:

Quodq; Catechismo dissonat, omne fugit.

L ANGIUS exposuit breviter præcepta Prophetæ

Teutonici: Methodum non minus hanc didicit.

A 2

Vixit



Vixit in hoc ludo celebri cum laude Professor,
 Mattheus Judex, vir bonus, atq; pius.
 Edidit hic librum, doctrinae nomine parvum,
 Corpus, conspicuum dexteritate, fide.
 Praecipuos etenim mira brevitate decenter
 Expositos, fidei continet articulos.
 Hos quoq; Saxoniae Princeps cognovit ad unguem:
 Nobis ut specimen nuper in arte dedit.
 Grammaticos callet canones, linguamq; Latinam.
 Dum Latio reddit patria verba modo.
 Multa tenet veterum sapientum commoda dicta:
 Emollit mores hac ratione suos
 Insuper historias evoluit: ut inde capeffat:
 Quae facienda forent, quae fugienda forent.
 Dotibus his itidem Princeps FRIDERICUS abundat,
 Aemulus egregius Fratris ubiq; sui.
 Hoc scio: MAGNIFICUS posthac non deseret unquam
 In studiis, Rector, quae bene coepta tenet.
 Quin potius cunctis addiscet plura diebus,
 Scriptis in sacris, artibus atq; bonis.
 Omnibus efficiet nervis: ut pace fruantur,
 Quando suis praerit, curia, templa, schola.
 Dante DEO, purum resonabit dogma Lutberi:
 Sicut idem, nobis lata statuta volunt.
 Hoc Duce (confido) Respublica salva manebit.
 Et procul hinc aberunt: praelia, plaga, fames.

Sic

*Sic pius Elector teneris curavit ab annis
 Institui: quem nunc cernimus attoniti.
 Cernimus hunc iterum Rectoris Epomide cinctum:
 Ut regat hanc digna sedulitate Scholam.
 Gratulor ergo Duci de tali letus honore.
 Et precor: ut maneat saluus, & incolumis.
 Sana sit assidue quoque mens in corpore sano.
 Utraque pars semper firmior eveniat.
 Viribus, atque viris doctis Academia crescat
 Hec: Hos nulla lues dissipet abvèolos.
 Hoc DEUS efficiat, Personis trinus, & unus
 Natura: colimus Numen id, haud aliud.
 Hujus in augusto Dux noster nomine regnat:
 In quo credenti corde beatus erit.*

D. Ambrosius Reudenius.



Lux natalis adest, Rectoris adorea præstò est,
 Quam rursùm defert alma Salana tibi.
 O Princeps, juvenes qui nunc adolesciscis in
 annos,
 Par animo, membris parq; future patri!
 Hoc equidem duplex mihi carminis argumentum
 Esset, & ingenii luxuriantis opus.
 Quo Rectoris ovans iterum gratarer honores,
 Natalique simul thura precesque darem.
 Flebile sed funus luctusque domesticus omnes
 Exiccat venæ lene fluentis aquas:

A 3

Ne cele-



Ne celebrare queam natalis festa diei,
 Fascibus applaudens voce manuque novis.
 Ut tamen officii memor inveniaturque fidelis,
 Hoc geminis votum perbreve libo sacris:
 Natalis toties redeat tibi sidere fausto,
 Quot modo gessisti tradita sceptrum dies.
 Totque geras patriæ fasces feliciter annos,
 Magnificos habuit quot Schola nostra patres.

Johan. Major. Pastor & Superint.

Qui tibi Rectoris, Dux JAN-ERNESTE, Salanæ.
 Magnifici illustris continuatur honor:
 Crescat & augetur, vireat vigeatque perennis:
 Duxque sit ad patrii sceptrum regenda soli.

E. Reufnerus L.

PARODIA HORATIANA.

Ex Epod. I.

Eundes Camœnis digniora carmina.
 Poeta vatum Phosphore,
 JOHANNIS ERNESTI, propago qui Patrum, &
 Illustre sidus Saxonum.
 Paratus omne Principis periculum.
 Colore vivo exscribere.

Quid

Quid nos? quibus, si Musa faverit, dies
 Lucunda, si contra, gravis,
 Utrumne jussi persequemur otium,
 Carmenque perdemus lyra?
 An hunc laborem denegabimus? decet
 Quod pessime ingratos viros.
 O non! Sed o te Dux, licet mereberis,
 Quod cantat Orpheus, aut chelys
 Maronis aptat usque ad unguis ultimos,
 Nostro feremus carmine,
 Roges: Quid ehem Principi tecum mihi?
 Turbas meos quid circulos?
 Dicam: Minore sum futurus in metu,
 Qui major ingratos habet,
 Ut offerens caelestibus Divis dapes
 Minantium vultus timet
 Magè obligata, non sat ut sit, gratias
 Actura mens merentibus.
 Libenter hoc & omne post meditabimur
 Carmen tuæ in spem gratiæ.
 Non ut Poëtarum superba pluribus
 Se vota jactent ritibus,
 Aut alta spirent ante nomen inclytum,
 Et sueta mutent nomina:
 Nec ut furentis vena fervens Lullii
 Pacata tangat pectora.
 Satis superque me benignitas tua
 Ditavit, o Dux, si meos
 Quod opto, versus videris ut debitos,
 Et fronte blandâ legeris

IN.

IN NATALEM EIVSDEM RE-
CTORIS MAGNIFICENTISSIMI.

OMnia vertuntur, certè vertuntur & anni,
Et redeunt cursu sic revocante dies.

Vertuntur redeuntq̄, Deo tamen auspice, cœlis
Hic plus qui tribunt, desipit ille miser.

A MANIBVS DOMINI PENDENT MORTALIA,
PENDENT

DESUPER AVSPICIIS OMNIA FATA SVIS.

Gratulor ergò tibi Princeps celsissime, Princeps
Inclute, & ò nostra stella decusq̄, Scholæ.

Gratulor. In sua se cursu vestigia flexit

Annus, & adduxit lumina prisca dies,

Quæis mater patrem, fecit te prole JOHANNEM
Saxonico clarum stemmate ubiq̄, Virum.

Vivis adhuc Princeps, vivas Celsissime Princeps,

Vivas UT RECTOR, natus UT antè PUER.

En tua fata! Dies natum produxit, & ipse

RECTOREM EDIXIT numine. Laudo diem.

Sic ò sic fusis, ò cœrrite Numina. Quæ jam

Nescimus, TEMPUS MOX FERET ILLA
DUCI.

Subjectiss.

M. Thomas Sagittarius.

Si



I qui magnarum capiant moderamina
rerum,
Et sevâ peragunt, quæ peragenda,
manu.

Si qui magnarum tractent moderamina rerum,
Et molli peragunt, quæ peragenda manu.

Ne tri decurrunt medio bene tramite, neutri
Nec carpunt medium, mollis & asper, iter.

*Len*e nec imperium solum, nec triste probatur,
Mista sed asperitas cum bonitate viget.

Natus ad imperii tu munus utrumq; fuisti
A primis annis, DUX GENEROSE, tuis.

Hoc probat incessus, gestus, vocisq; benignæ
Gratia, quæ blandos fundit ab ore sonos.

*In*super acceptum nomen, quod sacra dederunt
Flumina baptismi, comprobat esse ratum.

Ergo bonis maneat subjectis ritè **JOHANNES**
ERNESTUS semper sis maneatq; malis.

Humilimæ subjectionis ergo
faciebat

M. Immanuel Hasius, Ecclesia Ie-
nensis Diaconus.

QVOD

A





VOD ERGO FELIX SANCTA TRI-VNITAS
FAVSTVM QVE MANDET; rursus epomida

Assumit insignem secundum

Floridiore nitens juventâ,

Spes invidenda hac SAXONIAE domus,

RVTAE virentis germen amabile,

IOHAN-ERNESTVS Lycéi

Grande decus, columenq; grande;

Festivior hoc tempore, ubi IPSE MET

Annos fluentes ordinat, & suâ

Hâc luce trina lustra latus

Auspicio numerat Diali.

Quis, Caure vecors, imposuit tuis

Flabris capistrum? Quis tibi, ô Aeole

Questor, phreneticam cateruam

Officium dedit edomare?

Deprome sceptri jura potentia,

Oppressulatô prende ferociam

Claustrô, furens ne erumpat ira

Mota satellitio protervo;

Et succi-plena decutiat suum

Fors RVTAE Honorem, cuius in umbrulâ

Expandit IRENE lacernam;

Soli-micantia fulgura arcens.

Sub quâ residunt Mnemosydes Dea,

Sub quâ quiescunt Gratiolæ sacrae,

Sub quâ triumphat ipse Phœbus

Rector, & agmina cuncta Phœbi.

O CHRI-


O CHRISTE! cunctas mox Furias preme,
 Quacungꝫ RVTAE germina gestiunt
 Morsu venenato enecare,
 Alveolisqꝫ nocere nostris.
 Mentem gubernare ritè regentium!
 Mentem gubernare ritè sequentium!
 Quò tuto possimus Salanà
 Ludere cum Aonisi salictà.

M. Balthasar VValther Allend. T.



Ms 537A

Ms. Bishopric of Halberstadt



Ms. 537A



ULB Halle
004 968 468

3



f

1077





Vixi
 M
 Edia
 C
 Prae
 E
 Hos
 N
 Gran
 D
 Mult
 En
 Insup
 Q
 Dotib
 A
 Hoc se
 In
 Quin
 Sc
 Omni
 Qu
 Dante
 Sic
 Hoc D
 Et

Professor,
 pius.
 paruum,
 fide.
 ecenter
 t ad unguem:
 dit.
 nq Latinam.
 modo.
 moda dicta:
 essat:
 da forent.
 icus abundat,
 deseret unquam
 tenet.
 bus,
 nis.
 ntur,
 a, schola.
 Lutberi:
 lunt.
 manebit.
 ga, fames.

Sic

